

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Speculum Quaestionum moralium, in universam Aristotelis philosophi summi Ethicen

Case, John

Francofurtum, 1597

VD16 C 1242

Cap. VII. - An mens sit subiectu cotemplatiuae faelicitis? [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109038)

Opp.

*Videtur hic Arist. theatrum Histrionum contemner⁶
quod olim laudavit: ergo parum sibi constat.*

Resp.

*Non contemnit sed in illorum theatro habitare fo-
licitatem negat.*

Opp. contra secundam quaestionem.

*Bonum est obiectum voluntatis sed felicitas est sum-
mum bonum: ergo est obiectum voluntatis quo cōcesso
sequitur quod non sit intellectus, ut hic concluditur.*

Resp.

*Felicitas hoc loco ut summum verum in contempla-
tione intellectus consideratur.*

CAP. VII.

*An mens sit subiectū cōtemplatiuae felicitatis?
An beatissima sit vita quae mente sola & sapi-
entia regitur?*

SI solum hæc vna tractatiuncula esset
apud Arist. in qua quodammodo re-
ligiosè de sapientiæ immortalitate & ex-
cellentia intellectus differit: satis esset
meo iudicio ad minuendam & omnino
terendam illorum opinionem, qui æter-
nitatem mentis ex Aristot. probari non
posse somniant. Nam hic mentem
quinq̄ies rem diuinam appellat: hic æ-
ternæ simplicis ac diuinæ beatitudinis

Mentis æter-
nitatem ab
Arist. pro-
bari.

Tt 4 cam

eam subiectā esse confirmat: hic immortales & sapientes nos eam reddere, vitamque beatissimam secundum eam nos vivere acurē demonstrat: hic & in calce octavie. in ea nos deo similes, in ea rectē affectos nos deo charissimos discernē docet. Quid, est ne res divina, & tamē cadit? estne subiectum simplicis æternę ac divinę beatitudinis, & tamē ruit? estne sic in ea vita beatissima vt tamē occidat? estne sic in ea similitudo & dilectio & dei vt prorsus in nihilū aut pulverē commutetur? nihil hic ex libro de mundo, nihil ex primo de cœlo, nihil ex tertio de animo, nihil ex metaphysicorū libris postremis adfero. Tædium esset si adducerem, vltius esset si attingerem. Sed quorsum hæc? certē vt intelligas (studiose lector) sic agi hoc loco de theorica fœlicitate, vt rectē quid sit non scias, si mentem, quæ est eiusdem sedes & subiectum, divinam & immortalem esse nō præcias. Conclusiones, vt sunt apud Aristotelē de hac re distincte & ordinē recitabo. Prima est quod fœlicitas contemplatiua sit actio interna eius partis, quæ cæteris animi par-

Theoricam
fœlicitatem
ignorat, qui
mentem eius
subiectum
immortalem
esse nescit.
Conclusiones
Aristo-
telis.
Fœlicitas
contempla-
tiua est a-
ctio mentis.

partibus & potētis imperat, quęq; scientiam rerum honestarum ac diuinarum comprehendit; Sed mens quę diuinitus homini cōceditur est certē hęc pars animi: ergo fœlicitas contemplatiua in hac parte reponitur. Secunda cōclusio est, quod fœlicitas verissima sit hęc de qua agitur speculatiua. Hanc conclusionē sex rationib; cōfirmat in textu philosophus. Prima est à dignitate subiecti. Secūda est à perpetuitate actionis. Tertia ab adiuncta fœlicitate. Quarta ab essentia eiusdē. Quinta à proprietate. Postrema ab effectu seu consequenti. A dignitate subiecti hoc modo. Intellectus est omnium quę nobis insunt, diuinissimum: se dcontemplatio est propria actio intellectus: ergo fœlicitas in intellectu posita debet esse contemplatio. A perpetuitate actionis sic, Actio in qua cōsistit vera beatitudo, debet esse perpetua: sed contemplatio mētis est solum perpetua: ergo contemplatio mentis est solum completa beatitudo. Ab adiuncto, ad hanc formam, simplici ac vere fœlicitati adiūgi debet simplex & perpetua delectatio, eademq; secundum perfe-

Contemplatiua fœlicitas verissimē dicitur fœlicitas.

Tt 5 Etissi-

fectissimam virtutem: sed hæc solùm in
 contemplatione & sapientia (quæ vt hic
 ait admirabiles delectationes parit) re-
 peritur: ergo verissima foelicitas in sola
 contemplatione cõsistit. Ab essentia bea-
 titudinis talis ducitur syllogismus. Ea ve-
 rissima habenda est beatitudo, quæ satis
 ampla in se est, & vt loquuntur veteres,
 maximè per se sufficiens: sed ea quæ in
 mente sapientis reperitur est satis ampla
 in se, maximèque sufficiens: ergo ea quæ
 in mente sapientis reperitur, est verissi-
 ma habenda beatitudo. A proprietate
 hæc ratio petitur, Nihil expeti debet in
 vera foelicitate præter ipsam foelici-
 tatem: sed nihil in vera contemplatione
 præter ipsam contemplationem expeti-
 tur: ergo vera contemplatio est foelici-
 tas. Postremò ab effectu hæc ratiocinatio
 formatur, In quiete & tranquillitate ma-
 ximè consistit foelicitas: sed contempla-
 tio inter omnia opera humana est maxi-
 mè quietâ & tranquilla: ergo in ea abso-
 luta consistit foelicitas. Assumptio hu-
 ius syllogismi à similibus & exemplis in
 tẽxtu probatur. Nã sicut negotia suscipi-
 mus

mus ut in otio, & bella gerimus ut in pace
 viuamus: ita operam nauam^o difficili praxi
 politicae virtutis ut in portu & quiete theo-
 ricae felicitatis triumphemus. Hinc infert
 philosophus politicam vitam laboriosam
 semperque in motu quasi anhelantem esse
 quod si verum sit (ut est verissimum) se-
 quitur id quod in postremo loco tracta-
 tur, eam vitam esse beatissimam, quae sola
 mente & sapientia regitur. Haec autem vi-
 ta, ut hic ait Aristot. melior est quam ut
 attribuere eam sibi homo debeat. Eam e-
 nim agit, non quia homo est, sed quia in
 eo diuinum quiddam inclusum est (me-
 tem intelligit) quod quanto praestat ei
 quod concretum est (puta corpus) tanto
 eiusdem actio ei, quae a voluntate profi-
 ciscitur, antecellit. Quis haec legit & non
 fatetur Aristot. animi immortalitatem
 sapuisse? Sed addat quae sequuntur. Sic e-
 nim loquitur, Ut ergo diuinum quiddam
 mens est, sic vita ei congruens diuina est.
 Omnes ergo debemus quoad poterimus
 niti ad immortalem gloriam, omniaque
 perficere ut vitam ex eo, id est, formato in-
 tellectu degamus, quo nihil est in nobis

Politica vi-
 ta laboriosa
 est.
 Quest. 2.
 Beatissima
 vita est quam
 regit mens:
 eam vero nul-
 lus homo si-
 bi debet ar-
 rogare.

Egregium
 philosophi
 dictum de
 mente, & de
 vita illi con-
 gruente.

pra

præstantius. Indignum enim est, si quis non suam sed alienam vitam agat, quasi diceret, vita hominis ea maxime dicenda est quæ est secundum formam hominis, quæ mens est; ergo is solùm viuere videtur qui secundum mentem uiuit. O utinam efficaciter audirèt hæc præcepta ab Ethnico scripta nostrorum tēporum epulones. qui ad communem sensum, ad appetitum & voluntatem suas vitas dirigunt, suas dixi? non. Certè alienas dico. Nam vna vita propria est quæ sola mente & sapientia regitur: quam etsi in hoc breui curriculo perfectè non assequimur: ad eam tamē, vt hîc suader philosophus, dies noctesq; contenderemus, vt per eam homines cum simus non humana sed diuina, non caduca sed æterna contemplemur.

Vita nostra quæ sit dicenda. Vitam contemplatiuam sequi debemus, licet assequi non possimus in hoc seculo.

Distinctio prima questionis in suppositione satis dilucide perspicitur.

Distinctio secunda questionis.

Vita mentis beatissima est quia	}	Pars illa diuinissima,
		Dirigitur sapientia,
	}	Incommutabilis & æterna est,
		Deus, qui est infinitus, est eiusdem obiectiua materia, vt in proximo cap pro-
		babitur.

Opp.

Opp.

Voluntas est nobilior intellectu: ergo felicitas, qua est nobilissimum obiectu, in voluntate non in intellectu reponeretur. Antecedens probatur: quia voluntatem reginam omniu potentiarum in animo definit Arist.

Resp.

Felicitas } Actiue sub nomine summi boni, & sic in
considera- } sola voluntate,
tur, vel } Contemplatiue sub nomine summi veri,
 } & sic in sola mente reponitur.

Opp.

Felicitas actiua à contemplatiua secundum essenti- am non differt: ergo in diuersis subiectis reponi non de- bent. Antecedens probatur, quia vtrq; ex bonis animi consistit quoad essentiã.

Resp.

Vt voluntas, intellectus, & memoria tres animi po- tentie secuã essentiã vnã animã: ita hæc duæ fel- icitates secundum naturã vnã felicitatem consti- tuunt, & vt illa potentia distincta sunt actione & offi- cio: ita hæc duæ beatitudines distincta sunt ratione & sub- iecto, Hoc autem fir cum secuã diuersa consideretur

Felicitas a-
ctiua & con-
templatiua
quomodo
conueniant,
quomodo
discrepent.

Opp. contra secundam.

Hortatur nos Arist. in fine huius cap. vt diuina & immortalia semper contemlemur: sed hoc fieri non potest dum sumus homines: ergo ad impossibile nos mo- uet, quod est absurdum.

Resp.

Resp.

Hortatur, non quod putet immortalitatem esse in hac vita, sed ut tendentes ad sepulchrum, exornemus eam partem animi, qui edacem temporis aut corruptionis dentem non sentiet. Est enim mens ut ait tertio phys. in genita, aeterna & separabilis.

Dubium a tertia ratione secundae conclusionis decerptum.

Vtrum delectatio mentis sit perfectissima maximeq; secundum naturam hominis?

Delectatio mentis est, nut	Simplex, & sic est perfe- ctissima, quia eius	}	Materia nempe Deus est aeterna.
			Aetio est incommutabilis & perpetua.
Delectatio mentis est, nut	Mixa cum sit circa idē obiectum, in quo sensus delectatur, & etiam est perfecti- or, quia	}	Virtus est maxime delectabilis, nepe sapientia.
			Mens est potentia excellentior.
			Modus percipiendi in mente est simplicior.
			Cognitio eiusdem est distinctior.
			Ipsa delectatio mentis est diuturnior.

Opp.

Id magis natura consentaneum habetur, quod pluribus secundum naturam convenit: sed pluribus convenit voluptas corporis quam mens: ergo voluptas corporis magis secundum naturam esse videtur quam voluptas mentis, quod tamen expressè in textu negatur.

Resp.

Resp.

Quamuis pluribus conuenit voluptas corporis quā
mentis, eademq; videtur esse suauior, illis tamen hoc so-
lū contingit, qui voluptates mentis non gustarunt.
Vt ergo omnes à natura scire desiderant, sciunt tamen
pauci quia difficultatē sciendi fugiunt: ita omnes expe-
rūt delectabilem vitā mentis per pauci tamē consequū-
tur, qui laboriosam contemplandi rationem in tenera
aetate non didicerunt. At verò qui neclat & ambrosiana
voluptatē in vera mentis contemplatione semel per ce-
perunt, tanto rapiuntur affectu in bonum, vt semper
cū aquilis in altum volantes apertis oculis honorum so-
lem videant. Quanta autem sit & quam incredibilis
hac delectatio mentis, mente si possis cogita.

Mentis vo-
luptates non
gustarunt,
qui volu-
ptates corpo-
ris illis an-
te ponunt.

CAP. VIII.

An vita contemplatiua sit melior actiua?

An rerū affluentia impediat verē beatos

An deus moraliter agat? An res humanas
curet?

An studiosis & beatis delectetur?

Nimis sollicitus es de tuis reb. Craf-
se, quid animi te exerucias? cur
nimium te maceras, si minùs prosperè
succedant omnia: vitam miseram pro-
fectò viuis: Nam audi, Crœsi diuitiæ
beatum non faciunt. Si credas philoso-
pho hanc vnā sententiam discere. Non
in rerum omnium affluentia sufficien-

Diuitiæ be-
atum non
faciunt.

tia